

Bell. Col. m. Excluens



P R A E F A T I O

ad illustrissimos potentissimosque

H O L L A N D I A E
V V e s t - F r i s i æ que Ordines.

Inspiciendam vobis, illi-
lustrissimi Ordines, offe-
ro rempublicam, qua
nulla unquam in terris
sanctor, nec bonis exemplis dittior
fuit. Hujus initia, & incrementa
perdidicisse, omnino vestrum est,
quoniam illa hercle non hominem
quenquam mortali concretione sa-
tum, sed ipsum Deum immorta-
lem, autorem fundatoremq; habet,
cujus vos venerationem, atque in-
temeratum cultum suscepistis ac
tuemini. Videbitis, quid demum il-
Iud sit, quod cives Hebreos diutissi-
mè in quodam vita innoxio genere
continuerit; quid fortitudinem in



P E T R I C V N A E I
De Republica
H E B R A E O R U M
L I B E R P R I M U S.

C A P V T I.

*De Republica Hebraeæ institutis. De legi-
gatione. Inanis Graecorum jactan-
tia. Quis primus auctor scripti Iuris
fuerit. Septem præcepta Noachi filiis
data. Quid in republicâ constituenda,
nominanda, atque in legibus sancien-
dis Moses spectaverit.*



ON nos magnopere in his
libris delectu aliquo , aut
accuratâ conquisitione ut-
temur. Libet enim , quæ
sponte se offerunt , è medio arripere ,
& , ut aliud ex alio in mentem nobis
incidit , ita quidque persequi. Condita
Hebræorum respublica à divino ma-
ximoque viro Mose est , qui primus

A gcm